UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCX. De Quadam nave bellica facta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

officio præfuit, cum Hoſpitalarius eſſet factus. Similiter Wilhelmus Comes ab Eiſenberg ſub Johanne à Tieffon fuit magnus Commendator: aſt tempore Friderici Ducis Saxoniæ idem factus eſt Marſchalcus Ordinis. *Vid.* Grun. *Tract. 18. cap. 3. 5. 11. & Tract. 19. cap. 1.*

CAP. CCCX.

De

Quadam nave bellica facta.

POſthæc frater Wernerus (*a*) Commendator de Raganita fecit ſibi ædificare navem bellicam cum mœniis & plures naves alias. Cum quibus dum veniſſet ad impugnandum caſtrum (*b*) Junigedam, ventus validus irruens in navem, violenter dejecit eam ad littus; quo viſo caſtrenſes armatâ manu invaſerunt navem: Fratribus & armigeris in ea exiſtentibus ex adverſo viriliter ſe defendentibus. In qua pugna Lethovvini plures interfecti fuerunt & lethaliter vulnerati. Et ſic fratres evaſerunt.

ANIMADVERSIONES.

(*a*) Wernerum ab Urſeln Marſchalcum Ordinis fuiſſe ſcribit Grunovius *Tract. XI. c. V.* cum eandem hiſtoriam recenſet.

(*b*) Biſchonadam vocat Grunovius *loc. cit.* ubi ea de re ſic loquitur: Und er fuhr das Fluß Mümmel auff/ und kam ins fließ Wagnigra/ auff welchem man zwiſchen Littawen und Samayten komt/ da ein ſehr gut ſtück Landes war / und von den Waſſern unverſehret / und da liegt an einem groſſen tieffen See die mächtige Stadt Biſchonada / & ſic etiam urbem hanc poſtea aliquoties nominat.

CAP. CCCXI.

De

Deſtructione navis hujus.

Rex